

et quidquid huius feci causa virginis
 feci; nam me esse fratrem spero propemodum
 iam repperisse, adolescentem adeo nobilem;
 205 et is hodie venturum ad me constituit domum.
 concedam hinc intro atque expectabo dum venit.

125

ACTVS II

PHAEDRIA PARMENO

i

PH. Fac, ita ut iussi, deducantur isti. *PA.* faciam. *PH.*
 at diligenter.

PA. fiet. *PH.* at mature. *PA.* fiet. *PH.* satine hoc
 mandatumst tibi? *PA.* ah
 rogitare, quasi difficile sit!

210 utinam tam aliquid invenire facile possis, Phaedria,
 quam hoc peribit. *PH.* ego quoque una pereo, quod mihi
 carius;

ne istuc tam iniquo patiare animo. *PA.* minime: qui
 effectum dabo.

sed numquid aliud imperas?

PH. munus nostrum ornato verbis, quod poteris, et istum
 aemulum,

215 quod poteris, ab ea pellito.

PA. memini, tam etsi nullus moneas. *PH.* ego rus ibo
 atque ibi manebo.

PA. censeo. *PH.* sed heus tu. *PA.* quid vis? *PH.*
 censen posse me obfirmare et